Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



6

uertatis; haeduae uirtutes induabus uxorib; iacob figurare
intelleguntur de quib; aduersus fauftum manichaeum p modo
lomeo quantum illi opere sufficere uidebatur disseruimus; lia
quippe interpretatur laborans. Rachel autem uisum
principium, ex quo intelligi datur si diligenter aduertas. Ores
euangelistas temporalia factadni & dicta quae ad informan
dos mores uitae praesentis maxime valerent copiosius e
sequutos circa illam actuam fuisse uersatos. Johannem
uero factadni multo pauciora narrantem. dicta uero
eius ea praesertim quae ad intuitus unitatem & uitae aeterna
felicitatem insinuarent diligentius & uberius conscriben
tem in uirtute contemplativa commendanda suam
intentionem praedicationem q; tenuisse; unde mihi
uidentur quae ex apocalipsi illa quatuor animalia
ad intellegendos quatuor euangelistas int praeclara
sunt. probabilius aliquid arrendisse. illi qui leonem in
matheo, hominem in marco uitulum in luca, aquilam
in johannem intellexerunt quam illi qui hominem
matheo aquilam marco leonem johanni tribuerunt;
de principius enim librorum quandam constitutionem
capere uoluerunt non de ora intentione euangelistarum
quae magis fuerat perscrutanda multo enim congruentius
ille qui regiam xpi psonam maxime commendauit per
leonem significatus accipitur. Unde & in apocalipsis
cum ipsa tribu regia leo commemoratus est. ecce uicit
uicit leo de tribu iuda, secundum matheum enim & imaginar
rentur uenisse a oriente ad regem quaerendum & ad
orandum quem per stellam apparuit & ipse ex herode
regem formidat infantem, atq; ut eum posset occidere
tot paruolos necat, quod ante per uitulum lucas significa
tus sit propter maximam uitulam sacerdotis ne uiri dubi
tauerunt; ibi enim a sacerdote zacharia. Incipit sermo